

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 70. Connestabilis securitatis literis per Burgundiæ Ducem munitus ad
Montes profugus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

paulo post Verbini mutuo utriusque con- Sæcul. XV.
 sensu firmavit. Jam communis omni- A.C. 1475.
 um in Connestabilis interitum conflata
 erat conspiratio, & hunc tandem fune-
 stum exitum habebat sagax ad fallendum
 hujus Viri ingenium. Postea Eduardus
 Galliarum Regi omnes, quas a Conne-
 stabili accepit, literas communicabat:
 alias eidem submittebat Burgundiæ Dux.

§. LXX.

*Connestabilis securitatis literis per Bur-
 gundiæ Ducem munitus ad Mon-
 tes profugus.*

Connestabilis cum fabam, quæ in eum
 cudebatur, edoctus esset, ac probe
 cognosceret, quod Ludovicus Rex colle-
 ctis copiis eum in oppido S. Quintini ob-
 ruere moliretur, hinc in tantis angustiis
 deprehensus, a Burgundiæ Duce securi-
 tatis literas petere decernit, easque ob-
 tinet. His munitus ad Montes Hano-
 niæ se recipit: iniquissimo tamen sui fa-
 to; quippe Verbinensis foederis legibus
 inter Regem atque Burgundum conven-
 tum erat, ut quisunque eorum prior
 Connestabilem comprehendenderet, illum
 proximis octo diebus aut ipius morti, aut
 alterius potestati traderet. Quare Ludo-
 vicus vix comperto fugæ loco, septingen-
 tis aut ferme octingentis lanceariis sti-
 patus

Sæcul. XV. patus ad oppidum S. Quintini contendit,
A.C. 1475. illudque adoritur, capitque; eo quod cives
adventanti ultro urbis portas aperirent.
Rex ad Burgundum tam prospere even-
tus nuntium ablegat, significans, se Duc
civitatem haud quam redditurum,
nisi Connestabilem vel vivum vel mor-
tuum ei traderet. Burgundiæ Dux hanc
civitatem, cum illam suffragante Conne-
stabilis opera recuperandi spem nondum
abjecisset, Regis imperio subjectam esse
vehementer dolebat, eo potissimum no-
mine, quod non nisi fidem datam, jusque
gentium violando eam sibi denuo vindic-
care reliquum haberet. Nihilominus
dolori suo imperans, magno Hannonæ
Prætori negotium dedit, ut Connestabi-
lem comprehendenderet, non eo tamen con-
silio, ut Reum Ludovico Regi committe-
ret; Dux enim, cum Nanceji urbis obses-
sioni acrius insisteret, totam Lotharin-
giæ paucos intra dies subigere, mox
que victrices suas copias ad oppidum
S. Quintini admovere intenderat; spera-
bat etiam, quod Connestabilis jam omni-
metu vacuus ad præfatæ urbis expugna-
tionem ei ingentem commeatus copiam
fuppeditaturus esset; cum Bunii ac Ha-
monæ optime instructas annonæ offici-
nas haberet. Tanto subsidio auctus spem
concipiebat, fore, ut demum amcas,
pinguesque, quas in Flandria possidebat,
ditio-

Bohain.

ditiones cum pleno dominio obtinere posse. Sæcul. XV.
set, ac facile ope Gallorum, quibuscum A.C. 1475.
clandestina adhucdum communicabat
consilia, universalem in Francia sedicio-
nem concitare valeret.

§. LXXI.

*Connestabilis, jussu Burgundiae
Ducis, captus.*

Cum autem Galliarum Rex Burgundiae
Ducem misso ad eum Buchagii Dy- *Bouchage.*
nasta urgeret, ut datam fidem exsolvore
haud ultra cunctaretur, Dux huic legato
promisit, se die vigesima prima Novem-
bris Connestabilem Ludovici XI. mani-
bus traditurum, deditque hujus rei ne-
gotium Hugonecto Cancellario suo, nec-
non Imbercurtio: Idem tamen manda-
tum protinus revocare intenderat, simul-
ac Nancejum occupasset; spe enim certa
tenebatur, hanc urbem die vigesima No-
vembris ditione facta in ejus potesta-
tem redigendam.

§. LXXII.

*Burgundus a quodam nomine Campo-
Bassio proitus.*

Verum Ducis consilium fefellit eventus;
& quidem ob cujusdam Neapolitani,
cui nomen Campo-Bassius, insignem per-
fidiam.